



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 16. Dicit tibi Magister. v. 11.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

cus & discipulus Christi. Suspicio est hanc domum fuisse Iohannis, qui cognitus est Marcus, fuitque socius Pauli & Barnabae in profectione & prædicatione Euangeli: in hac eadem domo credibile est latuisse Apostolos post necem Christi, ibique Christum post resurrectionem suam ipso die paschatis vespere apparuisse: ibidemque orantes receperisse spiritum sanctum in Petre, & Petrum ex carcere Herodiano liberatum ab Angelo ad fideles in hac domo congregatos sese receperisse, idcirco quodiam cum hac domus vera esset in Ecclesiam, sub titulo Mariæ Matris ut videtur insinuati Acto. 12. 12. quæ si ita sint. ut p̄e credi potest, sane etiam valde honoratus est iste Ioannes Marcus, cuius dominus a Deo electa est, ut esset prima Christianorum Ecclesia, in qua maxima & patrata sunt mysteria, & quæ facta est prototypon omnium Ecclesiarum. 2. Colligo quoque, quis sit unus Ecclesiarum, nemp̄ sacramenta in eis administrare, baptizare, & pœnitentiarum (per aquæ unctionem signatorum) item Eucharistie & Ordinis, (quæ ipsi emerit Dominus in hac prima Ecclesia administravit) item Confirmationis, quod in die Pentecostes caput fieri. Denique prædicare, quod fecit S. Petrus, & orare, die ac nocte, quod fecerunt, qui Act. 12. recensentur. 3. Dedicationes Ecclesiarum sub titulis SS. maximè B. M. V. esse ab Apostolorum tempore in usum inductas.

**D**omine Deus meus, anima mea, quam dediti mihi, paterfamilias est domus corporis mei, ut me domum vel templum tuum gubernet & regat ad gloriam tuam. Ecce illa tibi offert me labens & aperit, venias ad eam, & iube parari tibi pascha per tuos Apostolos & eorum successores. Hic dignate saepè celebrare pascha, fac ut ad me descendat spiritus sanctus, meque consecret sibi templum sanctum omnibus diebus vita meæ.

§. 16. *Dicit tibi Magister. v. II.*

Quia se Dominus nominari curavit Magistrum apud Patremfamilias domus, signum certum videtur hunc Patremfamilias unum fuisse ex Christi discipulis, alias dubium fecisset signum Christus, & qui hoc audisset, ambigeret quis ex tot legis Magistris ac Doctoribus id inberet, nam & Gamaliel & Nicodemus in diebus illis magni erant Doctores in Israel. Cum ergo se absolute Magistri nomine indicat patrifamilias, certè is Magistri huius claram & excellentem habuerit notitiam.

**D**eus meus, multos habemus Magistros in mundo hoc, sunt enim in singulari opificiis, qui in eis excellunt Magistri, habentes ius & autoritatē inducendi ad artis suæ scientiam. & sunt Magistri in Academiis, tam Artium quam Partium, & tam Legum, quam Receptorum: sed non est talis

illus,

Vllus, qualis tu es, Magister. Illi de terra sunt & terrena sapiunt, atque terra-  
na docent, nisi ex tua disciplina prodeat, Tu de caelo es & cælestia doces, ubi  
alii desinunt, ibi tu incipis. Et cum fuerit homo apud alios Magistros con-  
summatus tunc apud te primum elementa ponere habet necesse. Hoc fecit  
Nicodemus, hoc Gamaliel, & qui non fecerunt, hi in sua vanitate perierunt.  
Idcirco ego quoque ad tuam scholam & disciplinam accedo, ubi discitur  
gratia, virtus & sapientia. Haec adhæreat visceribus meis, mitissime fili Dei  
in honestissima schola tua, vbi sitis sciendi sedatur dulcissimo potu aquarum  
quaæ fluant cum silentio.

## §.17. Vbi est diuersorum? v. II.

Diuersorum locus est vel ad hospitandum vel recreandum, vel comedendum deputatus. Is more patriæ Iudeorum sutsu eleuatus erat intra domum, ut culina depresso, ut pote magis sordidis occupationibus destinata mansio seruorum & ancillarum, quanquam saepe etiam pro toto complexu mansionum domui alicui necessariarum, uti Luc. 2. cum de nascente Domino dicitur: non erat ei locus in diuersorio, qui igitur nascentis diuersorum habebat non potuit in Bethlehem, nunc morienti, iterum diuersorum querit, & qui tunc non inuenit, modo inuenit, quia iam tum vincendo mundum per 33. annos, ille judicavit.

Rubelco Domine quod saepius in corde meo non inuenieris vbi pascere? Eris, & vbi cubares in meridie, ob peccata mea, quæ stabulauerant in eo, & præfætore te excludebant: sed misisti gratiam tuam, discipulos tuos Sacerdotes ante te & præpararunt statum tibi gratum in eo. Amplius iam non occludetur, sed apertum manebit tibi usque, quoties & quoties placabit ad id diuertere: veni ergo Domine & noli tardare.

## §.18. Vbi Pascha cum discipulis meis manducem, v. II.

De paschate iam dixi in r. §. huius Commentarii Tertiij vbi duplex pascha designauit, videlicet Iudaicum & Christianum & utrumque subdivisxi in primitium & primi memoriale. De quo igitur hic paschate loquitur Dominus: Ego de utroque & Iudaico memoriali, & de primitivo Christiano paschate video esse intelligendum hoc verbum. de Iudaico & discipuli & paterfamilias intellexerint, de Christiano Dominus, sciens quid ista vespera esset facturus: nempe nouum pascha Nouæ legis, vetus pascha terminans.

Domine deus video quod idem verbum tu saepe locutus sis & homo ex te acceptum sit locutus; sed aliter illud tu saepe intelligis, quam intelligat homo